

CHRISTOPHERVS PRAEPOSITVS SALISBURGENSIS.



Christopherus ex illustri familia baronum à Lamperg natus est, anno 1507. Is à teneris annis operam literis dedit, & felici ingenio brevi qualis futurus erat significauit. Nam prima rudimenta facile dedit, atq; animum ad altiora studia adiecit. Itaq; se hinc inde ad academias contulit, & in virum doctissimum euasit. In primis uero sacrarum litterarum usum sibi reddidit familiarissimū. Postea Salisburgū uenit, & inter eius collegi Canonicos receptus fuit. In eo statu cum honeste uiueret, anno 1551 cathedralis Ecclesiae Decanus constituitur. Erant autem tantæ huius viri uirtutes, ut etiam Se- couiensis Episcopatus offerretur. uerū ipse honeste recusauit, & sua sorte contentus fuit.